

publice in scholis docuerint, et scholares, qui in ipsis scholis student, privilegiis omnibus de perceptione fructuum, praeendarum, et beneficiorum suorum in absentia a jure communi concessis, plene gaudeant, et fruuntur. » Apud Barbosam, *Consultat. Canonic.*, 88, dub. 2, n. 29 et 30.

« Itaque (ait Fagnanus, ad cap. *Super specula* 11, cil. tit., ex. *De magistris*) magistri quamdiu publice in scholis sacram theologiae docuerint, et scholares, qui in ipsis scholis eidem studio operam navaverint per quinquennium, fructibus praeendarum, et beneficiorum suorum in absentia plene gaudent et fruuntur... distributionibus quotidianis duntaxat amissis.

« Hoc tamen intelligas, (nota) si fructus praeendae a quotidianis distributionibus sint sejuncti; secus vero si universi fructus hujusmodi distributionibus consent, quia tunc lectores et studentes lucrantur duas tertias illarum partes, ommissa alia tertia, quae inservientibus accrescit; » ut ex sententia sacrae congregationis Concilii, n. 3.

(4. Si vero de parochis sermo sit, cum ipsi vi proprii officii, atque ad mentem S. conc. Trident. stricte ad residentiam teneantur; hinc est, quod docendi causa abesse a sua ecclesia nequeant. Nisi quod « Parochus in civitate ecclesiam suam habens, potest inibi in publica universitate sacram Scripturam legere, ita tamen, ut cura animarum per ipsum exercenda nihil detrimenti patiat: » Sac. congregatio Concil. Apud Barbosam, *Collect. Apostol. decis.*, v. *Parochus* quoad residentiam, num 17.

(5. Porro licet in citat. cap. *Super specula*, fiat solum mentio de theologia, id ipsum tamen communiter doctores extendunt ad jus canonicum; « quia (Fagnano docente) tale studium cedit in utilitatem universalis Ecclesiae... quam (opinionem) saepius probavit sacra congregat. Concilii

(19) « Amplia (quoad perceptionem fructuum praeendae) procedere, etiamsi praeendae, quas obtinent docentes, sitae sint in cathedrali ejusdem civitatis, in qua publice lectoris munere funguntur. » (Barbosa, *Consultat. canonic.*, 88, n. 43.)

« Incontroverta apud omnes interpretes elicitur assertio, quod beneficiati omnes legitime absentes causa studiorum, sive studuerint, sive docuerint, pro praesentibus habentur, ideoque integros fructus suae praeendae lucrantur, ac si personaliter residerent, amissis tamen distributionibus quotidianis, etiamsi praeendae sitae sint in cathedrali ejusdem civitatis, in qua respective student, vel docent. » (Cardinalis Petra, *Comment. ad constit. Apostol.* [Constitut. 9 Bonif. VIII.] tom. III, pag. 544, n. 15.)

(20) Verum licet fatendum sit, hujusmodi sententiam (scilicet quod doceatur, vel studeatur in publica universitate) communi DD. calculo esse assertam; attamen eidem prope subscribere non audeo, cum nullibi in jure eandem causam esse inveniam; perperam enim desumitur ex supra cit. text. *Tuae (De cleric. non resid.)*, in quo duntaxat sancitur, hoc privilegium cessare, ubi nullum vigeret litterarum studium, idem enim est esse minus competens, et esse nullum... ideo non undique improbabile videtur asserere, quod ad hoc privilegium capessendam sufficiat studere, ubi studium sit celebre, quamvis non sit universitas privilegiata... Pro conperto

Tridentini interpret. Quinimo (nota) alias censuit, docentes jus canonicum in aliqua universitate gaudere, et potiri privilegio de percipiendis in absentia fructibus, *quamvis praeendae, quas obtinent, sitae sint in cathedrali ejusdem civitatis*, in qua publice lectoris munere funguntur. » *Ibid.* n. 5 (19).

(6. Heic vero notandum, privilegium abessendi, et percipiendi fructus, de quo supra « procedere in docentibus, et studentibus in studio generali, seu celebri universitate... Studium autem generale illud dicitur, quod est erectum, et institutum per Papam, regem, seu principem. » Barbosa, *Consultat. canonic.*, 88, n. 36 et 37. — « Dictis privilegiis tum gaudent, si in scholis generalibus, seu publica universitate doceant, aut studeant... Unde non sufficit studium, quae non sit universitas, quamvis in eo optime legatur, et publice cuicumque audire volenti... et ideo multo minus sufficit studium, quod habetur in ecclesia cathedrali, sub canonico theologo legente. » Idem Barbosa, *De canonic. et dignit.*, cap. 28, n. 47.

« Advertendum est etiam (sic quoque n. Garcias) quod studentes in ecclesiis cathedralibus non gaudent d. privilegio de percipiendis fructibus in absentia, ut apparet ex sequenti declaratione S. congregationis sup. cap. 1, sess. v Trident., ibi: « Scholares « in ecclesiis cathedralibus non gaudent iis « dem privilegiis sicut studentes in studiis « publicis, vel academicis. » *De benefic.*, tert. part., cap. 2, n. 118 (20).

(7. Praeterea « Amplia, seu potius declarata procedere in cathedralicis, qui docent conducti, aut salariati, vel ratione stipendii, seu cathedrae, quam habent, non vero in iis, qui sponte, aut voluntarie legunt sine stipendio, et cathedra, nisi legant cum licentia universitatis, seu claustrum, seu collegii doctorum (21). »

(8. Ulterius « Amplia privilegium perci-

autem est (nota) quod collegia simplicia pro veris academicis, et universitatibus haberi non debent, nec lauream doctoralem consequi possunt, nisi pro certis locis ex speciali privilegio. » Petra *Comment. ad const. Apostol.*, t. III, pag. 555, num. 6, ad const. 10 Bonifac. VIII.

(21) « Quero, sic Fagnanus, an canonicus cathedralis publice in aliqua academia docens S. theologiae, si nullum sit ei stipendium a publico constitutum, neque sit ex numero eorum, qui cathedras habent, sed facultatem a rectore, vel aliis ad quos spectat, obtinuerit, gaudeat privilegio a jure concessio, ut fructus canonicatus in absentia percipiat. Hoc dubium habet duas partes. Prima est, an ad gaudendum privilegio, oporteat lectorem esse stipendiatum: secunda, an oporteat eum esse de numero eorum, qui habent cathedras. Quoad primam partem, videtur respondendum, nihil referre ad gaudendum privilegio, ut quis sit stipendiatum, necne. Primo, quia ratio, ob quam a jure concessum est lectoribus privilegium percipiendi fructus beneficii in absentia est, quia promovent utilitatem, nedum ecclesiae particularis, sed etiam universalis, quae ad sui regimen juris litteratis indiget... Haec autem ratio militat in lectore non stipendiatum non minus, imo magis, quam in stipendiatum; ideoque privilegium debet habere locum...

« Quoad secundam partem dubii, an pro hujusmodi

percipiendi fructibus beneficiorum quoad docentes, non habere ullam temporis determinationem, sed eo gaudere, quamdiu docuerint... In studentibus vero privilegium hujusmodi non suffragari ultra quinquennium, a die quo coeperunt studere (22). »

(9. Denique « Amplia ad dictum privilegium de percipiendis fructibus praeendarum in absentia, non requiri licentiam episcopi in docentibus... Requirit vero videtur in studentibus. » Barbosa *Cons. canonic.*, 88, dub. 2, n. 37 et seqq. (23).

(10. « Porro quaestio est dubia, sic idem Barbosa, an presbyteris, seu aliis in ecclesiastica dignitate constitutis, liceat jus civile publice legere, nec non ad cathedras

MAGISTER CAEREMONIARUM.

SUMMARIUM.

1. Magister caeremoniarum est necessarius in cathedralibus, et collegiatis. — 2. Ad officium magistri caeremoniarum non debet compelli canonicus, sed providendus est alius simplex sacerdos. — 3. Magister caeremoniarum non potest alterare, seu mutare consuetudinem circa praetintonationem antiphonarum ad vespuras. — 4. Magister caeremoniarum, absente magistro chori, habet munus indicendi silentium in choro. — 5. Occasione consecrationis monialium non est permissum magistro caeremoniarum clausuram ingredi. — 6. Magister caeremoniarum, si sit beneficiatus, potest in exercitio sui officii dimittere

(1. Magister caeremoniarum est necessarius in cathedralibus et collegiatis. Unde in cathedrali, quousque assignetur ei aliunde competens stipendium, contribuere debent episcopus, et capitulum pro rata. Sac. cong. Episcop. et Regul. in *Comensi* 10 Julii 1600, et S. cong. Rit. in *Tropien.* 23 Martii 1602.

(2. Ad officium magistri caeremoniarum non debet compelli canonicus, sed providendus est alius simplex sacerdos. S. cong. Episcop. et Regul. in *Castellanaten.* 23 Julii 1602.

privilegiis oporteat, lectorem esse de numero obtinentium cathedras, similiter videtur respondendum, non oportere. Primo, quia jura non requirunt ad gaudendum privilegio lectoribus concessio, ut sint ex numero obtinentium cathedras, sed tantum ut legant in civitate regia, vel privilegiata, vel longissima possessione super hoc munita. Accedit, quod causa privilegii militat etiam in his, qui non sunt de numero obtinentium cathedras: nam et ipsi in vinea Domini operantur. » (Cit. cap. super *Specula*, ex. *De magistr.*, n. 6, 7, 8, 9.)

(22) « Innocentius XII decreto constituit (in suo *Bullario*, pag. 262) ne ejusmodi privilegia, quae studiorum causa concedi debent, illis qui vigesimum quintum annum jam attingissent in posterum conferrentur, et ne triennii spatium superarent. » (Benedict. XIV, *Institut. Eccles.* 107, n. 72. At DD. vulgo ad 5 annos extendunt.)

« Hic autem non importune quaeritur, nimirum, nunquid attento, quod haec licentia concedi consuevit ad certum tempus limitata, praesertim ad quinquennium, eo transacto, ac hujusmodi studio adhuc minime consummato, poterit, hac de causa idem ordinarius hanc facultatem oratori ad aliud tempus prorogare: et omni prorsus hesitatione remota, negativa datur responsio, quandoquidem sacra congregatio Concilii desuper consultata, in hunc modum

Caesarei juris in aliqua universitate se exponere: pro affirmativa, scilicet docere publice leges esse licitum presbyteris, illisque nullibi reperiri prohibitum, videntur insinuare *Gloss.*, Jo. Andreas, cardin. Zaraballo... Navarr., quibus adde Navarr. Talet. Suarez, etc. » *De offic. et potest. episcop.*, allegat. 56, n. 34.

(11. « An vero hujusmodi juris civilis, aut aliarum facultatum professores gaudeant privilegio, de quo supra, percipiendi scilicet fructus beneficiorum suorum in absentia, dum in aliqua universitate legerint; jure communi negativam decidendum videtur. » Engel ad cit. tit. ex. *De magistris*, num. 4.

habitu beneficiorum, et uti superpelliceo. — 7. Magister caeremoniarum, etiamsi sit capellanus, dum est in exercitio sui officii, sedere debet apud celebrantem, vel assistentes. — 8. Magister caeremoniarum in processionibus incedit apud celebrantem, et ejus assistentes, et ubique, quando opus est, discurret. — 9. Magister caeremoniarum debet personaliter significare episcopo, quando debet ad ecclesiam accedere pro functionibus episcopalibus. — 10. Caeremoniae unde sint dictae? — Afferuntur duo dubia novissime a sacra congregatione Concilii resoluta. — 12. Alia ad rem, *remissive*.

(3. Magister caeremoniarum non potest alterare, seu mutare consuetudinem circa praetintonationem antiphonarum ad Vespuras. Sac. Congr. in *Suession.* 28 Aprilis 1607.

(4. Magister caeremoniarum, absente magistro chori, habet munus indicendi silentium in choro. Sac. cong. Rit. in *Hydruntina* 6 Decembris 1613.

(5. Occasione consecrationis monialium non est permissum magistro caeremoniarum clausuram ingredi. Sac. cong. Concil. in *Sabinen.* in resp. ad 5 dub., die 3 Julii 1632.

respondit, videlicet licentia, ut quis abesse possit causa studii a servitio suae ecclesiae, vel sui canonicatus, non suffragatur ultra quinquennium, impenetrata a die, quo coepit studere. » (Pyrr. Corrad., *Praxis dispensat. Apostolic.*, lib. v, cap. 6, n. 34.)

(23) « Quia vero regulare est, quod beneficiatus a sua residentia abscedere non possit, etiam ex justa, et jure canonizata causa, nisi petita et obtenta a suo praelato licentia, ut communiter firmant canonistae... Ideo requiritur ad hoc, ut absens studiorum causa habeatur pro praesente, quod episcopi consensus accedat... Adeo ut hujusmodi indulta, etiam a Sede Apostolica obtenta, non suffragentur, nisi committantur ordinariis loci, ubi beneficia consistunt ex declaratione Pii IV, in constit. edita 24 Nov. 1564, incip. *Sanctissimus*... Hinc hujusmodi indulta, quae solent concedi per S. congregationem Concilii, semper expediuntur in forma commissoria directa propriis ordinariis. » (Petra, *Comment. ad const. Apost. Const.* 10 Bonifac. VIII, tom. III, pag. 555 et 54, n. 7 et 8.)

« Hanc autem licentiam si Episcopus, sive alius praelatus sine causa negaret, poterit recursus haberi ad superiorem, qui illum ad eam concedendam compellat. » (Pyrr. Corrad., *Praxis dispensat. Apostol.*, lib. v, cap. 6, n. 55.)

(6. Magister cæremoniarum, qui est beneficiatus, potest dimittere habitum beneficiatorum, et uti superpelliceo in exercitio sui officii absque incurso censurarum contra illum habitum non deferentes. S. congr. Rit. in *Januens.*, 9 Decemb. 1617.

(7. Magister cæremoniarum, etiamsi sit capellanus, quando officium exercet, et vestibus illius officii vestitus est, sedere debet apud celebrantem, vel ejus assistentes pluralibus indutus; quando vero non est in ministerio, sedere debet in choro inter præbendatos, vel presbyteros sui ordinis, servato ordine suæ receptionis; Sac. congr. Rit. in *Patavina* 28 Novem. 1609; et 8 Maii 1617.

(8. Magister cæremoniarum in processionibus incedit apud celebrantem, et ejus assistentes, et ubique discurrit, quando opus est, pro ordinanda processione. Sac. congr. Rit. in *d. Patavina* 30 Augusti 1602, et 8 Maii 1617.

(9. Cum sit officium magistri cæremoniarum episcopo significare, quando debet ad ecclesiam accedere pro functionibus episcopalibus, debet id ei personaliter significare. Sac. congr. Episcop. et Regul. in *Campanien.*, 3 Octob. 1642.

(10. Cæremoniæ diætæ sunt a *Cære*, seu *Cærite*, antiqua celebri urbe Tusciæ, ad quam,

MAGISTRATUS.

SUMMARIUM.

1. Magistratus non debet occupare locum capituli, et cleri, qui in concionibus sedere debent immediate apud suum episcopum. — 2. Magistratus aut iudices non debent proprias dignitates, et canonicorum sedes, seu stalla in choro, aut presbyterio occupare, quamvis aliquando id eis permissum fuerit. — 3. Magistratus et officiales civitatis thurificandi sunt post dignitates, et canonicos æquis ductibus, non obstante usu in contrarium. — 4. Magistratus in processionibus Sanctissimi Sacramenti debet incedere in loco, in quo secundum antiquam consuetudinem consuevit incedere. — 5. Magistratus debet juxta solitum tibi cines mittere ad processionem Sancti Sacramenti, nec licet prohibere solitum tributum ceræ Ecclesiæ, etc. — 6. Magistratus civitatis cogi potest solitum obsequium episcopo accedenti ad ecclesiam præstare, et juxta solitum accedere ad ecclesiam cathedralem in diebus solemnibus, et tempore Adventus, et Quadragesimæ. — 7. Magistratus nihil debet in præjudicium capituli, ecclesiæ,

(1. Magistratus non debet occupare locum capituli, et cleri, qui in concionibus sedere debent immediate apud suum episcopum. Sacra congregat. Rit. in *Balneoregion.* 25 Januar. 1602.

(2. Magistratus, aut iudices non debent proprias dignitates, et canonicorum sedes, seu stalla in choro, seu presbyterio occupare, quamvis aliquando id eis permissum fuerit. S. congreg. Rit. in *Compostellana* 4 Februarii 1608, et sub die 21 Februar. 1604, et in *Granaten.* 24 Octobris 1609.

(3. Magistratus, et officiales civitatis thurificandi sunt post dignitates, et canonicos æquis ductibus. Sacra congr. Rit. in *Interamnen.* 10 Julii 1600, et in *Fanen.* 1 Sept.

Roma a Gallis obsessa, virgines vestales transtulerunt simulacra deorum, et inibi cultum eis exhibebant; ob cujus rei memoriam Romani in libertatem per Camillum asserti statuerunt, ut deinceps divini cultus cæremoniæ appellarentur. Tit. Livius, lib. v; Macrobi., l. iii, c. 4; *Nouveau Dictionnaire théologique, historique, etc.*, par D. de Jaigné, verb. *Cere*.

(11. Afferuntur duo dubia novissime resoluta a sac. congr. Concilii.

I. An Clemens Grattarola cæremoniarum magister archiepisc. Ravennaten, quando ratione sui officii assistit eidem archiepiscopo pontificalia exercenti tam in ecclesia cathedrali, quam in aliis quibuscunque civitatis locis, ejusque suburbis, necnon extra civitatem in locis suæ diocesis in actu visitationis, gaudere debeat distributionibus quotidianis? et quatenus negative.

II. An ex gratia indulgendum sit, ut dictas distributiones lucratur in casu, etc.

Sac. congr. Concil. in *Ravennaten.* 1 Augusti 1729, respondit: Negative ad utrumque in casu de quo agitur, præterquam quando assistit archiepiscopo in cathedrali.

(12. Alia ad rem. Vide in tomo IX, Decreta sac. Rit. congr. sub. num. 9, 47, 148, seqq., 159, seqq., 958, 1170, 1333, 1465, 1539.

et canonicorum innovare, vel attentare. — 8. Magistratus secularis civitatis, quando non est de majoribus, et perpetuis, debet cedere in omnibus et per omnia canonicis ecclesiæ cathedralis, et concionator debet prius canonicos, quam magistratum salutare. — 9. Magistratus, quando est de majoribus, debet incensari ante canonicos post assistentes episcopo. — 10. Magistratus laicus non potest habere locum in choro, seu in presbyterio, sed extra illum. — 11. Magistratus laicus non potest in ecclesia habere retentionem sive usum tapeti, seu stratus. — 12. Magistratus debet cedere præcedentiam capitulo cathedralis in omnibus functionibus ecclesiasticis; et concionator debet prius salutare capitulum, quam magistratum. — 13. Item concionator debet prius salutare canonicos, quam gubernatorem civitatis. — 14. Adducuntur varia dubia ad rem resoluta a sacra congregatione Rituum. — 15. Qualis honor debeat prælati præsidi provinciæ, remissive. — 16. Pœna in magistrat. procedent. contra ecclesiast.

1607 et in *Narn.* 16 Junii 2617. Non obstante usu in contrarium per quindecim annos servato. Ead. sac. congr. in *Cephalud.* 24 Octob. 1609.

(4. Magistratus in processionibus Sanctissimi Sacramenti debet incedere in loco, in quo secundum antiquam consuetudinem consuevit incedere. Sacra congreg. Rit. in *Forolivien.* 4 Aprilis 1605.

(5. Magistratus debet juxta solitum tibi cines mittere ad processiones Sanctissimi Sacramenti, nec licet prohibere solitum tributum ceræ ecclesiæ, canonicis, seu fabricæ debitum a consulibus artium, et massariis villarum. Sac. C. Rituum in *Narnien.* 16 Julii 1606.

(6. Magistratus civitatis cogi potest solitum obsequium episcopo accedenti ad ecclesiam præstare, et juxta solitum accedere ad ecclesiam cathedralem in diebus solemnibus, et tempore Adventus et Quadragesimæ. Sac. congr. Rituum in *d. Narnien.* 16 Julii 1605, et in *Civitat. Castelli* 29 Novemb. 1618.

(7. Magistratus nihil debet in præjudicium capituli ecclesiæ, et canonicorum innovare, vel attentare. Sac. congr. Rituum in *d. Narnien.* 16 Julii 1605.

(8. Magistratus secularis civitatis, quando non est de majoribus, et perpetuis, debet cedere in omnibus, et per omnia canonicis ecclesiæ cathedralis; et concionator debet prius canonicos, quam magistratum salutare. Sac. congr. Rituum in *Tirasonen.*, et in *Oscana* 3 Octobris 1615.

(9. Magistratus, quando est de majoribus, debet incensari ante canonicos post assistentes episcopo. Sac. congregat. Rituum in *Patavina*, 2 Martii 1602.

(10. Magistratus laicus non potest habere locum in choro, sive in presbyterio, sed extra illum, ut sæpe declaravit Sac. Rit. congregat. et præsertim in *una Auximana*, 2 Julii 1639. Unde eadem sac. Rit. congregat. in *una Amerina Sedilium*, 16 Martii 1697, confirmata 12 Septembr. 1660, mandavit aptandum esse loco magistratui extra presbyterium, juxta designationem porrectam a magistro cæremoniarum, non obstante quod magistratus reperiretur in possessione, et allegaret alterius loci congrui delicientiam.

(11. Magistratus laicus non potest in ecclesia habere retentionem, sive usum tapeti, aut stratus, ut declaravit sac. congregat. Rit. in *Bar.* 2 Septembr. 1690. Vide verb. *Ecclesia*, art. 5, n. 32, ad 36, ubi afferuntur multa decreta ad rem facientia.

(12. In causa Capuana fuerunt proposita, et resoluta sequentia dubia.

I. An capitulo ecclesiæ metropolitanæ debeat præcedentia super magistratum secularem ejusdem civitatis in omnibus functionibus ecclesiasticis?

II. An concionator debeat salutare prius capitulum, vel magistratum.

III. An, absente archiepiscopo, magistratus debeat salutari cum titulo illustrissimi, et capitulum cum titulo reverendissimi?

Sacra congreg. Rit. 23 Januarii 1700, respondit.

Ad 1. *Deberi.*

Ad 2. *Affirmative.*

Ad 3. *Negative in casu proposito*, apud Monacell., tom. IV *Supplement.* ad I to., num. 20 et sequent.

Et jam in alia *Vercellensi* 2 Augusti 1691, declaraverat, quod concionator debeat prius salutare canonicos, quam gubernatorem civitatis.

Et novissime in *Veliterna* pro magistratu Velitrarum cum capitulo ejusdem civitatis fuerunt in ead. sac. Rituum congregatione proposita, et soluta sequentia dubia.

I. An magistratus Velitrarum in festo

S. Francisci Xaverii possit incedere cum clava, et eodem comitatu ac incedit in festivitibus quatuor Sanctorum Patronorum civitatis sanctissimæ Conceptionis, et beatæ Mariæ Gratiarum?

II. An idem magistratus in ecclesiis extra cathedralem sit thurificandus triplici ductu?

III. An eidem magistratui sit dandum osculum pacis per amplexum, seu potius per instrumentum, et a quo.

IV. An celebrantes post finem missæ tam solemnæ, quam privatæ, debeant, antequam ab altari discedant, reverentiam facere in magistratui.

V. An eodem magistratu interessente missæ privatæ, liceat in altari accendere quatuor candelas.

VI. An magistratus immediate post canonicos, et ante beneficiatos, cæterosque de clero admitti debeat ad crucis adorationem, et ad cineres?

VII. An magistratus, ejusque officiales in processionibus, in quibus deferunt Intortitia, illa propriis manibus deferere debeant?

VIII. An magistratu accedente ad cathedralem, aliasque ecclesias civitatis cum comitatu et clava, licitus sit sonitus tubarum intra easdem ecclesias.

IX. An eodem magistratui in cathedrali, aliisque ecclesiis secularibus et regularibus interessente missæ privatæ, licitus sit sonitus tubarum in actu elevationis sanctissimæ Eucharistiæ intus ipsas ecclesias?

X. An eidem magistratui liceat in ecclesia parochiali Sanctæ Mariæ de Trivio retinere scamnum intus presbyterium?

XI. An eidem magistratui in ecclesia Sancti Martini, Sancti Francisci, S. Clarae et S. Theresiæ liceat retinere scamnum a cornu Evangelii?

Die 10 Septemb. 1618, proposita causa per card. Fabron. in sacra congregat. Rituum,

Ad 1. responsum fuit *Affirmative.*

Ad 2. *Negative.*

Ad 3. *Per instrumentum dandum esse pacem ab aliquo ministro superpelliceo induto.*

Ad 4. *Negative.*

Ad 5. *Affirmative, dummodo incedat in habitu consulari.*

Ad 6. *Negative.*

Ad 7. *Affirmative.*

Ad 8. *Affirmative, sed extra januam.*

Ad 9. *Ut ad proximum.*

Ad 10. *Negative.*

Ad 11. *Arbitrio eminentissimi ordinarii, et amplius causa non proponatur.*

(13. Qualis autem honor debeat prælati præsidi provinciæ, vide dicta verb. *ECCLESIA*, art. 5, n. 36, ubi ad id dantur sacre congreg. Rituum decreta*. Nullus magistratus, sive supremus sit, sive magistratus supremi principisve nomine agat, in ecclesiæ præsules, aut etiam ministros ecclesiasticos, *ut tales*, jurisdictionem habet. Negant id quidem protestantes, qui principibus jus in sacra adscribunt. Sed audiant quid quarta sæculo Lucifer Calaritanus lib. 1 pro S. Athanasio ad Constantium scripserit: « Proba,

te super nos factum iudicem: proba, ad hoc te constitutum imperatorem, ut nos armis tuis ad omnem implendam voluntatem amici tui diaboli perduceres. Cum probare non possis, quia præceptum sit tibi, non solum non dominari episcopis, sed et ita eorum obedire statutis, ut si subvertere eorum decreta tentaveris, si fueris in superbia comprehensus, morte mori iussus sis; quomodo dicere poteris, iudicare posse de episcopis, quibus nisi obedieris, jam, quantum apud Deum, poena fueris multatus? » Næc mirum ita locutum fuisse Luciferum Calaritanum. Nam et Binghamus Anglicanæ communionis homo t. I *Origin. ecclesiastic.*, part. III, exemplis ab antiquitate petitis, ostendit, fuisse episcopis « omnes subordinatos magistratus in rebus ad spiritualem jurisdictionem attinentibus. »

Equidem Lucifer de solis episcopis loquitur, uti et Binghamus; sed idem de cæteris ecclesiasticis dicendum esse, is solum non videt, qui ecclesiastici status officium, dignitatemque aut imprudens ignoret, aut impius contemnat. Nam etiam hi, quantum ad ordinem pertinet publicæ disciplinæ, ut Gelasius Pontifex aiebat, magistratibus, et principibus obnoxii sunt, sed solum ut cives, neque id vi cogente; non vero ut ecclesiastici; imo neque ut cives, si forte magistratus illis aliquid imperet, quod a sacris canonibus vetitum sit. Vere Symmachus Papa: « Nos quidem po-

SUMMARIUM.

1. Quis fuerit ille Malchus, cui a S. Petro amputata fuit auricula nocte Passionis Christi, non conveniunt doctores. — 2. Eum fuisse servum principis sacerdotum, habetur *Matth. xxvii, Marci xiv, Luca*

(1. Quis ille fuerit cui a S. Petro amputata fuit auricula nocte Passionis Christi, non conveniunt doctores. (2. Eum fuisse servum principis Sacerdotum, habetur *Matth. xxvii, Marci xiv, Luca xxii*, et illius nomen fuisse Malchum *Joan. xviii*, ibi: *Erat autem nomen servo Malchus*. Hunc Malchum illum fuisse, qui colapho Salvatoris os percussit, dicendo: *Sic respondes pontifici?* tradunt aliqui. (3. Nonnulliputant, Malchum, cum a Christo Domino sibi esset auricula restituta, fidem Christi amplexum fuisse, ut inter alios Cornelius a Lapide; in cap. xxvi *Matth.*, vers. 51, § *Denique Christus*. An autem Petrus totam integram ei præciderit auriculam, ut in terram caderet, an vero partem tantum, ambigitur. Fortasse tamen pars solum fuit abscissa, cum solo tactu a Christo restituta perhibeatur, *Luca xxii*, 51, 52, ut tradit Calmet in *Dictionary*, verb. *Malchus*. (4. Cæterum relicta in suo esse opinione, quod Malchus, amplexa fide, Christianus obierit, verba Scripturæ refragari videntur, quod Malchus illi fuerit, qui colaphum Jesu impedit, di-

testates humanas suo loco suscipimus, donec contra Deum suas non erigant voluntates; » quemadmodum facerent, si aut canonibus adversantia mandarent, aut vi cogente in illos uterentur: *Defer Deo in nobis* (quilibet ecclesiasticus iisdem verbis quemcumque magistratum alloqui potest); et *nos deferemus Deo in te*.*

(17. Magistratus, et iudices seculares procedentes in criminalibus contra ecclesiasticos, excommunicantur in bulla Cænæ: Bened. XIV, tom. I, constit. 14, incip. *Pastoralis*, § 19.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(17. De loco magistratum in ecclesia, thurificatione ipsorum, pace iis danda, tum de associatione ab illis faciendâ episcopo, vide, ubi res postulat, Romaguer, in *Synodal. Gerund.*, lib. III, tit. 17, c. 12, per tot., Lagun., *De fructib.*, part. I, cap. 30, § 1, n. 108, et plur. sequ. Cort. *ad decis. Catalan.*, 247, n. 15, et omnium optime Panimoll. dec. 1, adnot. 11, per tot.

(18. Hic vero non est prætereundum, nullo modo licere dare osculandum Evangelium cuius magistratui, ut decisum refert a sacra congregatione Rituum Romaguer., ubi supra, n. 17; Pignatell. *Consult. canon.*, tom. III., consult. 54, n. 8 et final.* Quod nonnullis antiquorum imperatorum legibus frustra oppugnat Binghamus t. XI *Origin. Eccles.*, p. 223.

MALCHUS.

xxii, etc. — 5. Putant nonnulli, Malchum, cum a Christo Domino sibi fuit auricula restituta, fidem Christi amplexum fuisse, etc., ad n. 4. — 5. Adolescens, qui, relicta sindone, nudus profugit e manibus satellitum nocte passionis Christi, quis fuerit; vide ibi.

cens: *Sic respondes pontifici?* cum illum fuisse quemdam ex ministris Annæ summi Sacerdotis præsentibus, habeamus *Joannis xviii*, 31, nihilque de Malcho legatur, de quo tamen in eodem capite actum erat. Vide Lambertin., postea Benedictum XIV, *De festis Domini N. J. Christi* n. 208, et Calmet, in *Dictionary*, verb. *Malchus*.

(5. ADOLESCENS, qui, relicta sindone, nudus profugit e manibus satellitum nocte passionis Christi, quis fuerit, non parum dissident auctores: Hieronymus et Epiphanius censuere illum fuisse Jacobum fratrem Domini Jesu, appellatum Justum; sed hanc opinionem rejiciunt Baronius, Suarez, apud Lambertin., *Benedict. XIV, De festis D. N. J. Christi*, n. 209. Chrysostomus et Ambrosius putarunt fuisse Joannem Evangelistam; sed hæc quoque rejicitur opinio: Lamy enim *Harmon. Evang.*, lib. v, cap. 7, dicit: « Suspiciantur quidam, fuisse Joannem Christo dilectum; sed quare id temporis fuisset Joannes nudus, aut prope nudus? » Tillemontius nota 3, in *Vit. S. Joannis*, quærit num dici possit adolescentem

illum fuisse nudum, quamvis in vicinia habitantem, qui vestibibus exulus in lecto jaceret et audito clamore, et strepitu, lecto desiliisse sindone amictum et domo egressum, sindone in eorum manibus, qui se comprehenderant, relicta, aufugisse. Et ad id inclinât Antonius Bineus *De morte Christi*,

MALEDICUS.

Vid. verb. POENA, art. 2, a n. 160 ad 164.

MALEFICIUM.

Vid. verb. SUPERSTITIO, a n. 55 ad 80.

MALESONANS PROPOSITIO.

Vid. verb. PROPOSITIONES DAMNATÆ, num. 38.

MARITUS.

SUMMARIUM.

1. Marito non licet occidere uxorem in adulterio deprehensam. — 2. Maritus graviter peccat contra justitiam consummando, et dilapidando bona uxoris sine ejus licentia, adeoque tenetur ad restitutionem. — 3. Maritus potest irritare uxoris vota, quæ præjudicant usui matrimonii, educationi prolis, vel administrationi familiæ. — 4. Imo secundum multos maritus potest directe irritare quæcumque vota uxoris. — 5. Quamvis tamen probabilius sit oppositum. — 6. Mortua uxore, usufructus dotis spectat ad maritum, proprietas vero pertinet ad filios. — 7. Quid autem possit, vel non, maritus circa dotem, vivente uxore, et quando ejus dominium acquirat, remissive. — 8. Maritus peccat mortaliter, si cogat uxorem ad

(1. Marito non licet occidere uxorem in adulterio deprehensam. Communis ac certa. Unde Alex. VII, die 24 Sept. 1665, merito damnavit inter alias sequentem propositionem 19 in ordine: « Non peccat maritus occidens propria auctoritate uxorem in adulterio deprehensam. »

(2. Maritus graviter peccat contra justitiam consummando, et dilapidando bona uxoris sine ejus licentia, adeoque tenetur ad restitutionem. *Commun. Vid. verb. BONA, art. 4, n. 16 ad 18.*

(3. Maritus potest irritare uxoris vota, quæ præjudicant usui matrimonii, educationi prolis, vel administrationi familiæ. *Communis.* (4. Imo secundum Sanchez, Sotum, Tambur. et alios, maritus potest directe irritare quæcumque vota uxoris, eo quod voluntas ejus videatur esse plene subiecta dominio viri, juxta illud Apostoli ad *Ephes. v*, vers. 22, ibi: *Mulieres viris suis subditæ sint sicut domino, quia vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesie*, etc.

Nota Rom. theologi.

Falsum visum est celebrioribus theologis, virum posse quæcumque uxoris vota irritare: etsi enim in irritum mittere possit vota sibi, aut familiæ noxia, et incommoda, v. g. vota de jejuniis, humicationibus, peregrinationibus, et elemosynis ex rebus ad familiam pertinentibus, ac præsertim continentiaæ votum, non sic autem vota de certis

t. III, l. II, c. 4, n. 14, sic concludens: « Probabilius nihil est, quam hunc juvenem ex vicinia aliqua villa, armorum, virorumque strepitu excitatum, accurrisse, ut cerneret, cognosceretque quid ageretur intempesta nocte. Quare quisnam fuerit, indagare nemo mortalium potest. » Vide Lambert., l. c.

communicandum coram se, seu ad subeundum candentis ferri, vel ferventis aquæ judicium, et hujusmodi in testimonium, quod non sit adultera. — 9. Maritus quando possit, et debeat, seu non, debitum conjugale reddere, petere, et offerre, remissive. — 10. Maritus a mortuis reviviscens non tenetur amplius pristina uxori. — 11. Maritus occidens propriam uxorem pregnantem, cum non constet concludenter de proditione, gaudet immunitate, etc. — 12. Maritus occidens propriam uxorem ad effectum ducendi aliam, et extractus ab Ecclesia ad formam bullæ, condemnatur, annuente Sanctissimo, ad poenam extraordinariam. — 13. Maritus occisor propriæ uxoris gaudet immunitate; ad instantiam tamen sacræ Consultæ retinetur in carceribus usque ad novos ordines. — 14. Alia ad rem, remissive.

precibus recitandis, de superfluo, et dissolutu ornatu rejiciendo, de abstinendo a spectaculis et choreis, de pauperibus alendis labore et opere manuum suarum, quibus familia non indiget, de secundis nuptiis vitandis, de ingressu monasterii, si viro superstes fuerit, ut inquit Natalis Alexander. « Imo mulier ipsa, inquit, nonnulla mariti vota facere potest irrita, quæ scilicet sibi incommoda sunt, aut familiæ, qualia sunt vota continentiaæ, abstinentiarum immodicarum, vel diuturnarum peregrinationum, et quarumcumque rerum, quibus impotens ad debitum conjugale fieret. » Atque hinc patet, quam inepte ad id afferatur Paulinus textus, quo mulieres subditæ viris declarantur: nam subjectio hæc tanta non est, ut omne in omnibus eis dominium admittat; sed in iis tantum, quibus marito, ut conjugii, et familiæ domino subjicitur. Quamobrem ita libera est in iis votendis, quæ supra indicavimus, ut arbitrio mariti fieri irrita nequeant. Regula autem in hoc generalis erit, ut maritus irrita facere possit vota, quæ sine ipsius consensu emittere, ac servare mulier nequeat; quæ vero mulier sine viri consensu licite, ac rationabiliter promittere, et servare potest, vovere etiam potest, quin votum auctoritate mariti revocari possit.

Responsio auctoris.

Dicit theologus, quod falsum visum est celebrioribus theologis, virum posse quæcumque uxoris suæ vota irritare, etc., atque